PRO IN-
STAVRATIONE REI-
PVBLICAE ANGL.
PROQ; REDITV REVEREN-

dißimi atq; Illustrißimi Domini Regimaldi Poli. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Diaconi Cardinalis, sedis Apostolicæ legati à latere. Oratio ad prudentißimum Senatũ Angl.

Authore Iodoco Harchio Montensi.

¶ Excusum Londini, in ædibus Iohannis Cawodi, Typographi Regiæ Maiestatis. Anno, 1.5.5.4.

Cum Priuilegio Regiæ Maiestatis.

BODLEIANA

PRO IN-
STAVRATIONE REI-
PVBLICAE ANGL.
PROQ; REDITV REVEREN-

dißimi ſimul & nobiliſſimi uiri Reginaldi Poli. Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-nalis, Oratio ad prudentiſſimum Sena-tum Angl. Authore Iodoco Har-chio Montenſi.

Tſi P. C. mea in di-cendo infantia, ani-mique pauca efferre geſtientis ſterilitas, hodie mihi ſilentium impoſuiſſe debuerant, Tamen ut hoc publi-cum orandi munus non reformi-darem, effecit tum ingens rei de qua uerba facturus ſum utilitas, tum eximia de ueſtra humanita-

te confidentia, qua neglectis in oratore uerborũ flosculis, ad unicum sententiarum pondus mentem prudenter aduertitis. Proinde quòd forsitan intempestiua garrulitate tædium uobis paritu rus sum, facilè nouæ commoditatis solatio redimetur, ad quod totum hoc florentissimum regnum ego gratulabundus adhortabor. Quod si laudem merentur, qui longa fractis agitatisque tẽpesta te, optatum quietis portum commonstrant, equidẽ facilè abomnime temeritatis calumnia redemptum confido, si quibus modis nutantis iamdudum rcip. ædificium subleuari debeat, pro uiriũ mearũ tenuitate ostendero. Neq; enim mihi quisquam aliquando per-

perſuaſerit, eſſe qui non doleat humanæ ſocietatis uinculum iri diſſolutum, quo homines hominibus ſibi inuicem mutui amoris nexibus iunguntur, & in eo quo Deo deuincti ſunt officio continentur. Porro quibus alijs conficitur illud uinculum, quàm lege naturæ, quæ omnium animantium communis eſt, & religione qua homo tum ſuæ animæ ratione, tum aliarum rerum creatarũ contemplatione prouocatus, ſuum conditorem & ueneratur & colit. Itaq; niſi mihi compertiſſimum eſſet, nullam pene legem hodie noſtris hominibus eſſe ſanctam, aut niſi quoque ueſtræ prudentiæ ſatis foret exploratum, per exiguum dignitatis ueteri re

ligioni esse relictum, frustra ho-
die de ijs orbatæ reip. restituen-
dis, inanibus uerbis coram uobis
consultarem. Sed ut tanquam in
tabula totam rem ob oculos pona
mus, quiá precor tot passim la-
trocinia aliud portendunt? quid
tam horrenda parricidia aliud
præsagiunt? aut tam frequentes
seditiones indicant? quam homi-
num naturam non dico in bruta
quædam anormia, sed in horren
da potius monstra degenerasse.
Neque enim aliud esse potest,
quàm merum hominis portentũ,
quod tantũ sui pernicie gaudeat,
quodue istiusmodi crudelitate
querat conuertere ferrum in pro
pria uiscera. Quippe rarum est,
ut leo leonẽ deuoret, infrequens
adno-

admodum ut canis à cane abſu-
matur, immo nunquam auditum
ut eiuſdem ſpeciei animalia per-
petuo odio inter ſe diſſideant.
At quid hoc ſæculo homini ab ho
mine tutum eſſe cernitur? quæ
mutua inter eoſdem ſocietas? imo
quod ſe inuicem à noxijs tuendi
deſiderium iam hominibus inter
ipſos exiſtat, iudicent filij quoti-
die immani & uiolenta parentũ
ſuorum morte miſeri, aut mariti
quorum uxores publico etiam a-
dulterio infames ſunt, denique
uel ipſa reſpublica, quæ toties ſu
orum ciuium ſanguine fere &
ſubmerſa & obruta eſt. Quis
neſciat iſta contingere ex opti-
marum legum contemptu, qui-
bus alias procax hominis ad ma-

lum natura ueluti freno quodam intra ratio nis limites coërcetur, quibus nisi perpetuo continebitur homo, facilè ueluti suæ conditionis oblitus, in omni impudicitiæ, immanitatis, & ignorantiæ semita aberrabit. Neque enim adeo unquam tantam laudem fuisset consequutus, aut ille sonorus Orpheus, aut sapiens ille Dyrceus, qui uagam & efferam multitudinem in una mœnia coëgit certis quibusdam legibus, si illæ nihil amplius haberent momẽti obseruatæ quàm neglectæ. Iam possetne quis dicendo comprehendere, quæ nobis malorum lerna ex religionis aut contemptu, aut immutatione nuper subor ta sit? Vidistis. P. C. eam ob rem

Tyria

Tyria (quod aiunt) concitata ma
ria, ex qua tempestate adhuc su-
persunt diruta ornatissimorum
olim templorum fundamenta, et
impiorum scelere fœdata altaria
prostant. Quid loquar conuersa
in stabulum cœnobia? quid muta
tatos esurientium pauperum in
porcorum siliquas, cibos? quid fœ-
da monialium stupra? quid sacer
dotum occultata matrimonij no-
mine adulteria? quid laicorũ in
Euangelium Christi blasphemi-
as? quid eorundem in parentes
contumelias & uerbera? quid
contemptum spretumq; diuorum
cultum? quid (horrendum dico)
toties conculcatum Domini cor-
pus? denique quid bella? quid en-
ses? quid tacitas proditorum con

ſpirationes? Verùm diutius hiſ-
ce recenſendis ſuperſedeo, ne tan
torum malorum commemoratio,
quibus tam diu hæc miſera regio
afflicta fuit, nouum uobis pariat
faſtidium, & ueluti uulneris re-
fricati tacitũ doloris ſenſum in-
ferat: Quanquam lubenter uobis
eos affectus conceſſerim, qui eti-
am in pectus Herculeum cadere
poſſent, neque ego unquam eas
lachrimas damnauerim, quæ aut
ex labefactatæ reip. commiſera-
tione procedunt, aut de admiſſi
facinoris pœnitentia exprimun-
tur, quippe illud boni ciuis eſt,
iſtud etiam Chriſtiani hominis
officium. Quamobrem unum no-
bis ſupereſt, qui monſtroſã hanc
& planè ſibi diſſimilem reip. fa-

ciem

ciem deploramus, rursus ut natiuam & genuinam dignitatem obtineat adnitamur. Id quod quæ uestra est diligentia, & uester in rempublicam amor, breui futurum confido. Quinimo eius rei spes mihi certissima affulget, cùm uestram. P.C. in rebus gerendis dexteritatẽ cum pari prudentia coniunctam, in afflictis subleuandi diligentiam, et in arduis difficilibusq; superandis, animi constantiam intueor, quo nomine nõ uobisipsis modò, sed toti Angliæ æterna laudum ornamenta cumulastis. Hinc factũ est, ut qua uirtute incolis & amicis læticiam attulistis, eadem cõtra exteris & inimicis terrorem incutiatis. O fœlicem tali senatu

rem

rempublicam. Sed quoniam eius instaurandæ & uiam & rationem antea sumus polliciti, ad fidei nostræ liberationem accingimur. Quàm autem ista reip. uestræ status in melius cõmutandi ratio sit necessaria. P.C. ipse rerum euentus testatur, qui fere (ut ostendimus) ad reip. ruinam sequi solet. Quippe quid ibi tutum esse potest? quid tranquillũ? ubi sceleratissimo cuiq; spreto iure omni, quiduis licet? aut quid pium ibi esse queat, ubi impietas & Dei timorem & cultum subuertit? Vt igitur huic ueneno antidotum inueniamus, ad horum malorum fontem ueniendũ est, cuius cursu impedito, subito exarescent riuuli. Id autem nosce

non

non minus proderit nobis, quàm medicis morborum originem, apud quos etiam ablata causa effectus fere auferri solet, & contraria contrariorum adhibitione curantur. Et ut illi ægritudinem ex calida intemperie genitam, frigidis repellunt, & partẽ corporis plenitudine afflictam, euacuatione solantur. Ita haud dissimili modo, ubi cognouerimus hunc reip. lapsum ex legum & religionis contẽptu accidisse, necesse erit legum reuocare uigorem, & rursus diuino cultui suam maiestatem restituere, ut illinc prauorum et petulantiorum affectuum impetus retundatur, hinc anima in eius loci, unde originem traxit, & amorem & desiderium

ſiderium trahatur. Prius autem conſequemur per uiros doctos et ſapientes, poſterius per pios & diuinos. Quippe ſi reſp. retinere uolumus, haud unquam id conſequemur ſine literarum cognitione. Quoniam ſicuti foris tutela reip. armatis exercitibus delegatur, ita domi eius cuſtodia literatorũ & conſultorum prudentiæ committitur. Alioqui quomodo religionem docebunt, quomodo exercebunt iudicia (nam his domi pax conſeruatur) ij qui indocti ſunt & rerum omnium ignari? per quos leges latæ, aut ſui ſæueritate crudelitatem parient, aut nimia lenitate improborum audaciã in optimos quoſq; ſæuiendi augebunt. Nunquam

etenim

etenim is intra iuſtitiæ fines continebitur, aut aureæ mediocritatis limitibus coerceri poterit, qui non longo ſtudio & ſolerti induſtria omnes iuſticiæ partes meditatas habuerit et excuſſas, tum aliquando prudenter didicerit uitia à uirtutibus ſecernere, ne duorum contrariorũ fallaci affinitate deceptus, alterum pro altero & ſuſcipiat et amplectatur. Proinde rectiſſimè Plato, qui tum demum beatas fore reſp. aiebat, quæ aut à ſapientibus, aut ſapientiæ ſtudioſis administrarentur. Videbat quippe uir inſigni prudentia, aut hominum conſtitutiones decretaque, ad doctiorum, & ſapientiorum cænſuram eſſe reuocanda, aut

uniuerſam

ſiderium trahatur. Priius autem conſequemur per uiros doctos et ſapientes, poſterius per pios & diuinos. Quippe ſi reſp. retinere uolumus, haud unquam id conſequemur ſine literarum cognitione. Quoniam ſicuti foris tutela reip. armatis exercitibus delegatur, ita domi eius cuſtodia literatorũ & conſultorum prudentiæ committitur. Alioqui quomodo religionem docebunt, quomodo exercebunt iudicia (nam his domi pax conſeruatur) ij qui indocti ſunt & rerum omnium ignari? per quos leges latæ, aut ſui ſæueritate crudelitatem parient, aut nimia lenitate improborum audaciã in optimos quoſq; ſæuiendi augebunt. Nunquam etenim

etenim is intra iuſtitiæ fines continebitur, aut aureæ mediocritatis limitibus coerceri poterit, qui non longo ſtudio & ſolerti induſtria omnes iuſticiæ partes meditatas habuerit et excuſſas, tum aliquando prudenter didicerit uitia à uirtutibus ſecernere, ne duorum contrariorũ fallaci affinitate deceptus, alterum pro altero & ſuſcipiat et amplectatur. Proinde rectiſſimè Plato, qui tum demum beatas fore reſp. aiebat, quæ aut à ſapientibus, aut ſapientiæ ſtudioſis administrarentur. Videbat quippe uir inſigni prudentia, aut hominum conſtitutiones decretaque, ad doctiorum, & ſapientiorum cænſuram eſſe reuocanda, aut

uniuerſam

uniuersam rerum politiam breui tempore confusis earundem ordinibus interituram. Id quod minimè quidem opus est multis exemplis cõfirmare, quibus pleni sunt Græcorum, pleni Romanorũ annales, in quibus uidere est tum demum rerump. subuersionem cõsecutam esse, quando & docti et prudẽtes uiri aut exularunt, aut illis administratione interdictũ est. Contra uerò quam floruerint permultæ, quarum gubernacula tenuerunt uiri & consilio prompti, & authoritate graues, testatur Italiæ gloria temporibus Ciceronis augustissima. Aut Atheniensium ciuitas ætate Solonis, aut Lacedemoniorum urbs Lycurgo superstite. Tamdiu enim

Summa

ſumma imperia ſteterunt bene geſtarum rerũ laudibus clariſsima, quamdiu maturi ingenij hominibus creditum eſt, ſed tunc collapſa ſunt cum temerarijs & præcipitibus conſilijs res actæ ſunt. Et quid mirum? cùm plebs & multitudo populi omnis recti et æqui ſit impatiens, eò fere properans cœca, quò repentina rerũ nouarũ cupiditas impulerit, Ita ut niſi prudentioris cuiuſpiam uiri aut conſilio aut authoritate refrenetur reuocetur q3, facilè in propriũ interitum ſit ruitura. Soli proinde ſapientes & regere, et latis legibus coercere poſſunt, penes quos & de abſtruſis rebus acre eſt iudicium, de difficilibus & urgentibus præſens conſiliũ,

& de earundem euentu certum
præsagium. Vnde ueluti demen-
tiæ proximum esset inerti nautæ
nauis regimen cõmittere in me-
dia tempestate insanientibusq;
procellis. Ita frustra quis collap-
sæ reip. instaurationem attenta-
rit per imperitos et plæbeios, qui
non ratione, sed suorum affectuũ
impetu (ut diximus) ad agendũ
protruduntur, quiq; in rebus per-
plexissimis securi sunt, & in se-
curissimis perplexi, in deliberan-
do tardi & negligentes, in aggre
diendo opere præcipites & teme
rarij, deniq; in rebus ambiguis
omnis consilij inopes. An obsecro
unquam Vlyssis socij Sirenũ sua
ues laqueos effugissent, nisi iam
periclitantibus sapientissimi du-

cis

cis prudentia ſubueniſſet? Cõtra nonne nunc ſtaret Priami gloria, ſi in recipiendo illo grauido Palladis equo, prudenti Laocoonti potius, quàm nouitatis auidæ multitudini credere maluiſſet? Sed quid ego peregrinus immoror, nonne & nos in immenſũ malorum pelagus præcipitati ſumus, qüia quas leges olim ueneranda uetuſtas multa cum deliberatione ſanciuerat, poſtmodũ imperitorum audacia, & iuniorum quorundam temeritas ſuſtulit, aboleuit? Adeo enim diuturnum non eſt, quòd ab inſulſa hominum mente erigitur, ut nunquam etiam citra maximã reip. iacturam decidat. Videte ergo P.C. an non per uiros ſapientes

& eruditos, leges ipſæ & condi, & earum uis exerceri debeat. Quid nunc de religione dicã? cuius maieſtas nunquam ad tantã humilitatẽ ueniſſet, ſi pijs potius & ſanctis, quàm uana ſui æſtimatione inflatis hominibus bonos fuiſſet delatus, & ſumma rerum attributa, ſi non tam uerborum ſuauis apparatus, quàm uitæ innocentia placuiſſet. At ubi ſemel uera obedientia pro ſtultitia eſt habita, & anxia mandatorum Dei obſeruatio pro hypocriſi reputata, ſubitò ueluti fractis & pietatis & honeſtatis repagulis, in eam (quæ cœcæ iuuentuti grata eſt) quid uis agendi dicendiq; libertatem eruptio facta eſt. Et quid mirum ſi poſtea parum

rum illi religioni tributum sit, quæ ad paupertatem inuitabat, ad castitatem hortabatur, & ad ieiuniorum sæueritatem stimulabat? hac persuasione frætus in effœta ætate dilirus monachus, excusso mundæ castitatis iugo in fœdos Veneris amplexus ruit, et quia Deũ nequit inuenire in solitudine uirtutum, eum requirit in turba uitiorum. Alius simili libertatis opinione delusus, quia horret commissum scelus homini reuelare, quòd non puduit Christo præsente in animã admisisse, confessionẽ reijcit. Est qui Christi præsentiæ in Eucharistiæ Sacramento denegat honorem, aut quia non uidet per uisibilia designati faciem, aut non sensit po

tentiam. Rursus quia hic domi angustam habet supellectilem, persuadet eam quæ est in ecclesia superfluam Iste longiores in tẽplo preces nugas appellat, quia illi per forensia negotia adesse non uacat. Denique eò tandem uentum est, ut dum singuli sibi nouam religionem fabricant, nullam tandem prorsus nobis reliquerint, immo eò quisq; stultior haberetur, quò pristinæ religionis amantior. Hinc aperta est uia imperitis, & uiris, & mulieribus inaudita, quid aliud dicam quàm mendacia de Deo & credendi et effingendi, quibus indies & concipientibus nouas opiniones & parientibus, ad extremũ in omnium errorum hydram creuit

uit Christianæ religionis simpli
citas. Interim inter suauia pocu
la, & dulces epulas serio disputa
tur de Euangelio, de prædestina
tione, de sacrificijs & eiusmodi,
de quibus ea quisq; sentit & pro
nuntiat ueluti è tripode, quæ ita
se habere quàm maximè uellet.
Nam quid mirum est, si sacerdo
tum matrimonium defenditur
ab eo, qui in sacerdotio uxorem
duxit? Quis miretur negari pur-
gatoriũ ab ijs, qui cùm perpetuò
in delicijs uiuant, omnem dolorẽ
omnem pro peccatis pœnam in
hac uita reformidant? Quis ad
monachorum obstupescat inso-
lentiam, reijcientium cucullam,
spernentium ieiunia, excutienti-
um obedientiæ iugũ, quibus bre-

qui certamine fractis incessit cupido suam Sodomam reuisendi, unde salui exierant, & quibus magis lubet in Ægypto seruire uoluptuando, quàm per deserti angustias, tandem in libera regna uenire triumphando. Nihil igitur mirum est, si per eiuscemodi ingenij homines, uetus Christianorum fides, & orthodoxorum religio subuersa est, & in eius locum noua, & commentitia irrepsit, quinimo & talis quæ Protheii in morem toties uultum immutaret, toties in aliam figuram formaretur, quoties ipsi figulo placuisset: Interim arriserunt nostro sæculo ista ingenia, quò factum, ut in magnis de fide controuersijs, non patribus, non seniori-

bus

bus (ut ſuadet ſcriptura) ſed pru
rientibus magiſtellis, & perfri-
ctæ frontis apoſtatis, fides ſit ad
hibita. Interim quid ſub talibus
rectoribus paſſa ſit reſp. profectò
& piget & pudet referre. P C.
Quandoquidem ea uos ſcire, egre
giè teſtamini, dum lachrimas uix
continetis, quoties ueſtræ men-
tis oculis præteritorum malorum
imago recurſat. Proinde quem-
admodum in talium erroribus
faſtus eſt & ſuperbia, quæ niſi
depoſuerint fieri nequit, ut paca
ta republica, in ueræ fidei unita-
tem coeant. Ita in bonorum pieta
te humilitas eſt, & Dei timor,
quibus ſuo intellectu altiora non
quærunt, neq; inferiora deſpici-
unt. In his duobus quãdiu mens

humana conquieſcet, haud unquam temerè in ſua fide uacillabit. Quippe pij in arduis fidei myſterijs, eccleſiæ cænſuram habent ueluti pro Leſbia regula, ad cuius examen reuocant & propria & omnia aliorum omnium iudicia. Sic Diuus Auguſtinus dum de precibus (quæ coram Domino pro defunctis effunduntur) ueluti dubitando diſſerit, tandem ſe in eccleſiæ ſinum reiecit. Et diuus Paulus dum multa difficilia, fretus reuelationum magnitudine fruſtra diſquirit, ſubitò ſe ſubmittit & exclamat, O altitudo diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei. Hoc pacto hiſce temporibus cõmunire ſe quiſque debet, & ſenſus noſter hac ratione

in

in obſequium Chriſti captiuan-
dus, idq; ſuſtinendo, non ſpernen
do, aut irridendo, externa omnia
per charitatem, & Chriſto eccle
ſiæq; credendo, per humilitatem.
Iã igitur ex prædictis facilè per-
cipitis. P. C. rempublicam noſtrã
ſua uulnera accepiſſe abs legum
& religionis contemptu. Dixi-
mus autem illas in ſuum uigorẽ
reuocandas per uiros ſapientes,
hanc ſtabiliendam per pios. Qua
re nunc ueſtræ diligentiæ partes
erunt, non ſolùm ad legum & re
ligionis obſeruantiam cogere per
tinaces, & reluctantes hisce opti
mis ueſtris conatibus, ſed multò
magis uiros & pios & eruditos
undequaque ad uos allicere, exu-
lanteſque beneficio libertatis re-
uocare,

uocare, quorũ uitæ ſanctitas, innocentia, puritas, non mediocre calcar addet ad ſimilem uirtutis emulationem, ijs præſertim qui uerbis non tam mouentur, quàm exemplis? habet enim neſcio quid occultæ enargiæ in homine uirtus, quo & ad ſui amorem alliciat & imitationem. Quippe ut leuis ſtipula etiam longius paulò ab igne remota, tacitam caloris uim ſuſcipiens, tandem ſuccenditur. Ita arida quæ in nobis ànatura inſunt uirtutũ ſemina, momẽto accipient incrementum, ſi ſub inde ex conſpectu & conſuetudine piorum, humidum ſuſceperint in ſuos ſinus alimentum. Vnde reuera Sapiens, qualis (inquit) rector ciuitatis tales quoque, qui

inha-

inhabitant eam. Quibus uerbis haud aliud innuit uir prudens, quàm in reip. administratione, aut eiusmodi publicis munijs ubique præficiendos uiros, morum uitæque probitate claros, à quibus cæteri alioqui obscuriores, instituendæ uitæ, & lumen & rationem accipiant. Huc alluisse uidetur & Christus, cùm Apostolos (sub quorũ nomine ego omnes eos comprehendo qui aut totius reip aut aliquot priuatorum hominum curam susceperunt) lucẽ mundi appellat, & alias salterræ, quod ubi corruptum fuerit, necesse est ea corrumpi, quæ ab eo condientur: Cupiebat enim ab ijs doctrinæ sinceritatem & uitæ morumq; innocentiã, quos & ui-

tæ

tæ & morum cænſores ſemel ab æterno conſtituerat. Neq; id mirũ, quoniam ſicuti uerba uirtutẽ non addunt, neq; ex ignauo ſtrenuum militem faciunt, niſi is ſimul & ſui ducis impauidũ circa pericula uiderit animũ, Sic difficile erit populum ad uerum Dei cultum reuocare per prædicationem, niſi prædicantis quoq; experiantur uirtutem. Quis alioqui de luxurioſorum tormentis reſeruatis diſſerenti credet hodie, quẽ heri de proſtibulo in proſtibulũ diſcurrentẽ conſpexerunt? quis de uanitate mundi diſputantem audiet? quis de beatorum fœlicitate dicenti fidem adhibebit? quem ita ſeſe habere in omni uita contemplatur, quaſi poſt præ-

ſentem

sentem hanc altera expectanda non esset. Proinde satius est abolegatis eiusmodi operum bonorum inanibus nugigerulis, probatæ uitæ uiros deligere, qui & uerbis per facta pondus adjciant, & imperitæ multitudinis lasciuiam, reprehendendi authoritate coerceant, quorum opera fiet, ut & religionis maiestas conseruetur, & legum retineatur sæueritas, quibus iamdudum marcescens respublica uelut i gelido imbre irrigata, nouis frondibus reuirescet, & ueteri ignominiæ squalore depositio, in pristinos gloriæ ramos assurget. Verùm quamdiu id à nobis (heu nimium cæcis) neglectum est, quamdiu & pij & eruditi aut

in

in contemptum aut exilium proſcripti abierunt, tam diu quoque & uirtutum arida & laudum uerarũ effœta iacuit reſp. non ſecus ac proprio ſucco alimentoque deſtituta. Id nobis accidiſſe ab eo præſertim tẽpore, quo nos (neſcio quibus agitati furijs) pientiſſimo, parique nobilitate inſigni uiro Reginaldo Polo & Patria interdiximus, & laribus paternis exulare iuſſimus, facilè comprobarim, niſi ego uos mihi eiuſce rei tacitos teſtes habere confiderem. Alioqui quid cauſæ eſſet, cur ſplendidiſſima huius regni gloria in tam cœcas tenebras conuerſa ſit, niſi quia nos (mirũ quo errore deluſi) id obfuſcauimus. quod olim illud illuſtrabat? hoc

autem

autem erat ingentibus ſudoribus
partum tum ſapientiæ, tũ nobili-
tatis Trophæum, quo hæc Inſu-
la aliquando & clara fuit, et cer-
tè præ cæteris reſplenduit. Nam
quid attinet de nobilitatè dicere
quorũ uirtus & rerum geſtarum
magnitũdo ab ipſis imperij hu-
ius incunabulis per tot de parta
victoria triumphos, in tantũ ho-
norum faſtigium conſcendit, ut
per uniuerſum orbem non admi-
rationi modo inertibus, non ter-
rori inimicis, ſed citra inuidiã bo
nis omnibus uenerationi eſſe cœ-
perit. At hic tantæ nobilitatis
flos, hæc uera nobiliũ gloria (proh
dolor) decidit, quando ignobiles,
& altiora ſua uocatione auſi at-
tentare gnatones in illorũ locum

C.j. irrep-

in contemptum aut exilium pro-
scripti abierunt, tam diu quoque
& uirtutum arida & laudum ue
rarũ effœta iacuit resp. non secus
ac proprio succo alimentoque de-
stituta. Id nobis accidisse ab eo
præsertim tẽpore, quo nos (nescio
quibus agitati furijs) pientissi-
mo, pariq; nobilitate insigni ui
ro Reginaldo Polo & Patria
interdiximus, & laribus pater-
nis exulare iussimus, facilè com-
probarim, nisi ego uos mihi eius-
ce rei tacitos testes haberet consi-
derem. Alioqui quid causæ esset,
cur splendidissima huius regni
gloria in tam cœcas tenebras con
uersa sit, nisi quia nos (mirũ quo
errore delusi) id obfuscauimus.
quod olim illud illustrabat? hoc

autem

autem erat ingentibus ſudoribus partum tum ſapientiæ, tũ nobilitatis Trophæum, quo hæc Inſula aliquando & clara fuit, et certè præ cæteris reſplenduit. Nam quid attinet de nobilitate dicere quorũ uirtus & rerum geſtarum magnitudo ab ipſis imperij huius incunabulis per tot de parta victoria triumphos, in tantũ honorum faſtigium conſcendit, ut per uniuerſum orbem non admirationi modo inertibus, non terrori inimicis, ſed citra inuidiã bonis omnibus ueneration i eſſe cœperit. At hic tantæ nobilitatis flos, hæc uera nobiliũ gloria (proh dolor) decidit, quando ignobiles, & altiora ſua uocatione auſi attentare gnatones in illorũ locum

irrepserunt, quibus studio fuit, quos ferre non poterant gloriæ consortes, aut exilio, aut morte uiolenta supprimere. Hinc uerò factum est, ut dum in illorum sãguine uoluptuantur, non prius sitim restrinxerint, quàm omnibus fere aut eiectis, aut interemptis, ipsimet tandem (iusto Dei iudicio) proprij sanguinis desiderium tulerint. Vnde alius (ut memoria eiusce rei adhuc recens esse potest) laqueo uitam finiuit, alius truncato capite decessit, hominum genus profecto omnibus pijs, ne dicam Deo, inuisum.

Quid nunc de sapientia dicam? quam nostra gens eo quondã labore excoluit, ut solã Angliam ipsæ sibi musæ perpetuã habitationis

tionis ſedem delegiſſe uid reno
tur. Iam quibus in artibus non
& magni fuerunt & excellen-
tes noſtri homines, quorum ſa-
gaci diligentia non minus foris
promouit diſciplina militaris,
quã intus œconomia domeſtica.
At quid nunc nobis de tantis in
geny luminibus relictũ eſt? quid
nobis ſupereſt ueræ literaturæ?
cùm tot iam annis à ueris ſapien
tiæ fontibus ad cœnoſos ignoran
tiæ lacus diuertimus? quãdo non
tam quid uerum ſit & honeſtũ,
quàm quid et commodũ et iocun
dũ requirimus? quando ſecretio-
ra ſacrarũ diſciplinarũ myſteria
& ſeriam diuinorũ cognitionẽ,
aut in apertam blaſphemiam cõ-
uertimus, aut ad nugas aniles

detorquemus, inaniter de eius notitia intumescentes, quòd præstiterat ignorasse, quàm in animæ salutem ad communem uitæ praxim nõ accommodasse. Hæc autem uera ne sint necne, ijs iudicandum relinquo, qui in eo theatro consederunt, ubi per uiginti fere annos acta est de religione fabula, & seriò de uita exilioque optimorũ præsulum, deq; interitu sapientissimorũ uirorum agitatum. Ex quo quidem tempore dati sumus à Deo. P. C. in reprobum sensum, ut qui semel & iustitiam & rationem uoluntario scelere exuimus, postmodũ ea & diceremus, & fideliter credere-mus, quæ ne insanis quidem & amentibus unquam uenire potu-

issent

issent in mentem, tùm quoque eo furore non in bonorũ tantũ, sed et nostri interitum ageremur, ut exteris nationibus fuerimus inauditum, & tyrannidis, & immanitatis exemplar. Denique quod peius est, eò à nobis uentũ est insaniæ tandem, ut laudẽ ex impietate uenaremur, & ex facinore omni cõmendationem captaremus. At ut ista non sine lachrimis repeto, ita non dubito, quin dolentes ea ex me audiatis, quippe longè maiora sunt, quibus explicandis non sufficio, quæ uel ipsos lapides ad lachrimas etiam cõmouere possent. Sed quandoquidẽ ea nullius uestrum culpa acciderunt, uelim uos uestræ innocentiæ testimonio consolari,

& uiriliter (ut hactenus facitis) in earum rerum instaurationem incumbere, quæ suæ integritate restitutæ huic patriæ uestræ primum gloriæ decus restituant. Ad quod quidem negotium unice proderunt (uti diximus) uiri & pij, & docti, quorum quia domi non admodũ uobis magna est copia, suaserim omnibus modis eos qui foris exulant reuocandos, eosq; potissimum qui simul & catholica religione sunt illustres & pietate. Inter quos unus præcæteris Polus effulget, et uirtutum numero & magnitudine clarissimus, per cuius exilium, quoniam totius regni fere decora amisistis, conandum est ut per eius reditum illa recuperetis, &

cuius

cuius deceſſu pietas & nobilitas ſuæ ruinæ acceperunt initia, eiuſdem reditu, illa ſuæ in priſtinam dignitatem aſſertionis obtineant incrementa. Equidem indigniſsimum eſt, ut ea uirtutum gemma exteras nationes illuſtret, cuius defectu ſolùm natale obſcuratur, aut pati eum uirum uobis deeſſe, qui uos ſibi deeſſe doleat. Non utique (ſat ſcio) quia illi aut exiliũ, aut exterarum gio moleſta eſt (nã domi uiuitur ubicunq; bene uiuitur) ſed quia nemo poteſt nõ eximio amore (ſi modò nõ penitus propriã naturã exuerit) eos cõplecti et proſequi, à quibus & ſuæ uitæ initia, quæ hominibus mutuæ inter ſe beneuolentiæ uincula nectũt, et educa-

tionis accepit primordia, tum etiam quia se haud uixisse arbitrabitur, nisi meliorem sui partem patriæ (quæ sibi meritò id uendicat) reliquerit. Id uerò. P. C. nunquam cõmodius fecerit, quàm si hisce tẽporibus consilio, quo plurimũ ualet nutantem remp. subleuet, & qua est pietate tum adiuuet miseros, tum errantibus in fide, tutioris uiæ se præbeat exẽplar. Hic nobilissimi uiri scopus est, hæc eius animi intentio, quã nisi se Dei primum, tum uestra benignitate consequi posse putaret, nunquam eius animum uel minimũ redeundi desideriũ subijsset, quantumlibet eo se prouocantibus aut honoribus aut diuitys, quibus forsitan plus quàm

uellet

uellet abundat. Saltem de ijs tan tum obtinuit, quantum & uitæ neceſsitati ſatis eſt, & ſuæ amplitudinis dignitati ſufficiat. Quod ſi ulla unquam honorum ambitio eius animum titillaſſet, non decuiſſet tamen uirum & fidei conſtantia, & natalibus clariſsimum, faſces in patria repetere, quos olim pietatis ergo depoſuerat, niſi eos rurſus eandem ob cauſam reſumeret, quod alioqui in ſuo exilio & obtinere honores ampliſsimos, & maiori cum animi ſecuritate uiuere potuerit infimis plebcijs chariſsimus, & ſummis uiris gratiſsimus. Cupit ergo reuiſere uos homo pius, & ſuæ patriæ deſiderio tenetur, non ut nouis honoribus ſat per ſe grauẽ

oneret ſenectutem, aut diuitijs, animæ iam euolare feſtientis, nouum rerum deſiderium injiciat, ſed ut periclitanti eccleſiæ qua ualet authoritate opitulet ur, & laſciui entem diaboli in euertenda religione audaciam, tum conſilij maturitate, tum idoneis pietatis exemplis, & coerceat & reprimat Si igitur tam inſignem nauclerum in tanta rerum tempeſtate negligitis, quid aliud de uobis ſuſpicandum præbebitis P.C. quam uos reip. naufragium meditari? Si adeo clarum in rebus gerendis Camillum iam pene omnibus deuaſtatis in ſubſidium non reuocatis, quid uobis aliud improperabunt exteri Galli, quàm uos in urbis excidium

ueluti

ueluti coniurasse? Denique si secundum à Cicerone eloquentiæ parentem diutius exulare patiemini, quibus uerbis? quo ore? qua facundia? speratis uos ex hac Insula eiecturos eos, qui aduersus religionem, quam nunc stabilire conamini, aduersus domesticam rerum tranquillitatem, quã meditamini, conspirarunt ingrati ciues? Denique quis alioqui seditiosos Gracchos, quis Catilinas in uos furtiuis cõsilijs furẽtes opprimeret? Nihil me hercle. P. C. posset hodie ad Italorũ aures uenire gratius, quam quod eũ reijceretis, quẽ tũ unicè & colunt et diligũt, tũ apud se retinere cõcupiscunt. Nihil unq̃ Germanus maiori uoluptati esse posset, q̃ quod illud pectus

pectus ſpernerctis, ex quo ipſi to
ties componendis conficiendiſq;
grauiſſimis negotijs conſilia ſa-
luberrima deſumpſerunt, quibus
timent ſe in poſterum carituros,
ſi ille ad uos remearit. Quid atti
net pauidas Francorum mentes
uobis proponere, qui etſi hacte-
nus ueſtras uires reformidarunt
neſcio tamen quid ſecretis in ue-
ſtram perniciem conſilijs molian
tur, ſi ille non reuocabitur. Reci
det & in conſueta periuria Sco-
tus, ictumq; uobiſcum amicitiæ
fœdus noua belli auiditate diſrũ
pet, ubi cognouerit uos ad eius
præſentiam nauſeare, ad cuius
abſentiam ipſi etiam uiri alioqui
fortiſſimi & tremunt & metu
concutiuntur. Verùm quidquid

dicant

dicant ueſtræ clementiæ æmuli, quidquid oblatrent ueſtræ gloriæ inimici, alia eſt non mea modo, ſed bonorũ omnium de uobis opinio, multo aliud de ueſtro in deſolatam hanc rempamore iudicium, quo ſperamus indubitanter uos ueſtræ patriæ, uxori, liberis, tot in uno homine uirtutes, tot commoda nunquam tam temerè inuidere paſſe. Si quidpiam commiſiſſet uir innocentiſſimæ uitæ, quod perpetuum exilium meruiſſet, profectò ueſtrum de eo non reuocando conſilium approbarem. Sed ſi noluit conſentire falſitati, ſi recuſauit quorundam fouere impietatem, ſi ex animo doluit uicem religionis, denique ſi etiam ſui capitis periculo

reſtitit

reſtitit ijs quantum potuit, qui poſtea ueſtros parentes in crucẽ egerunt, & ueſtra corpora filiorum ueſtrorum ſanguine fœdarunt, ſpoliarunt eccleſias, & antiquiſſima auorum ueſtrorum ſepulchra funditus diruerunt, quibus precor eum non dico laudibus, ſed præmijs dignum eſſe cenſetis? Abijt quidem, & inexplebilem quorundam in optimos quoſque ſæuiendi uoluptatem tempori ſubterfugit, quia inoc-cuioſe præſagiebat breui futuram ſerenitatem, ubi pluuia decidiſſet, & tranquillitatem, ubi furioſa tempeſtas deſyſſet? quæ aut inuito, aut permittente tantum ad aliquod tempus Neptuno ſub orta eſſet. Quare prudenter maluit

maluit se seruare hisce temporibus, in quibus & prodesse possit consilio, et pietate allicere, quam tunc & temerario, & ausu infœcundo sibi mortem accersere. Id quod si contigisset, simul cum eo & nobilitatis spes omnis, & pietatis bonos interyisset, quæ cum discendo salua secum in exteras regiones contulisset, eadem (reuertendo) suæ patriæ abluta dona restituet. Hunc igitur si reuocabitis P. C. quæ hactenus in hoc regno desiderata sunt nobilitatem & pietatem cum eruditione recipietis. Adde quod extraneum non reuocabitis, qui barbaram quandam & effœram uiuendi rationem

intro-

introducat, sed uestratem, sed Anglum uestris tum moribus, tũ uitæ generi accommodatum, & qui pro laudatissima Anglorum consuetudine, liberalitate magis eniteat, quàm auaritia, & humanitate potius alliciat, quàm sæueritate. Rursus neque ignobilẽ (ut scitis) recepturi estis, qui sibi accititijs clypeis, & adulterinis insignibus fauorem popularem captet, & pro qualibet parta dignitate suæ conditionis immemor insolescat, sed talem qui ut est ex nobili familia oriundus, & Regiæ dignitatis propinquitate clarus, ita est quoque & blandioris fortunæ affectator sobrius, et sæuerioris ingenuus contemptor. Omitto eius constantiam, qua

maluit

maluit (ut notum est) parentis re
cisum ense uidere cadauer, quam
à catholicæ ueritatis confessio-
ne diuelli. Non est quod de eius
aut eruditione, aut suauissimo
eloquentiæ fonte loquar, quod
multi ex eo riuuli, qui aurei flu-
minis instar in totum orbem ex-
uberant, abundè testentur homi
nem perspicacissimo ingenio si-
mul & disertissimæ linguæ.
Quæ duo magnũ habent ad per-
suasionem momentum, rem pra-
uis de religione opinionibus exi-
mendis hoc sæculo imprimis ne-
cessariam. Nunc quid opus est oc
cultiores illas pientissimi uiri
uirtutes nobis eruere, quibus
notior est Deo, quàm hominī-
bus, frequentior in cœlo, quàm in

D.j. terris

terris, crebriorque inter paupe-
res, quàm diuites. Præteribo eti
am & formam corporis, uenu-
stamq; in eo membrorum compo-
sitionem subticebo, quæ laudem
haud merebantur, nisi omnibus
honestatis numeris absolutissi-
mum hospitem recepissent. Pro-
inde miramini. P. C. quod quis
uos ad repetendum tam illustria
huius regni ornamenta cohorte-
tur? Si hostium aut insidijs aut
uiribus, uobis opulenta ciuitas
aliqua esset erepta, quantis cona
tibus, quot precor muneribus de
eius deditione tractaretis? At cur
non simili cura de eius reditu esse
tis solliciti, per quem præclarior
erit hæc regio, & uerarum diuiti
arum uberior, quàm uel aurei

mon-

montis inani ostentatione, aut cuiuslibet externæ rei uel præcio uel magnitudine. Sola eruditio (ut audistis) cum pietate iuncta, & auget regni decus, & tranquillitatem promouet conseruatque. Quas in res quandoquidem toti incumbitis, & communibus desiderijs eas requiritis necesse est, ut præclarus ille Polus reuocetur, sua præsentia allaturus & uobis & patriæ decus immortale. Eius aduentũ. P. C. non populus tantum profusis lachrimis, sed & infantes adhuc in ipsis cunis, nescio quid gestientes exoptant, rugosi senes dum illum rursus uideant, mortem deprecantur. Quinimo quod miraculo simile, & pecudes iuuenciq;

nescio quid uobis læti præsagien
tes, in pratis lasciuiunt, & pra-
ta insolito ordine in pecudum pa
bula reuiresc unt. Vernant cun-
cta passim, & grato sui odore re
plent uniuersa. Fauet & suis
uentis Æolus, & Thetys homi-
nem inspectura consurgit. Deni
que hæc uisibilis mundi facies
ad nouum clarissimi uiri reditũ,
nouam faciem induisse uidetur.
Restat ad huius festiuitatis, gau
diorumq; supplementum, ut &
uos quoque concordi uoluntate,
consentientibusq; suffragijs, læti
& hilares ueniatis in tot homi-
num, tot animantium uota. Ad
hoc moti, sola miserrimæ alioqui
huius reip. tum tranquillitate, tũ
utilitate. Quæ quidem (ut pru-
denter

denter præuidistis) nunquam cõ sequeremini, nisi rursus stabilita ueteri & orthodoxa religione, & legum reuocato uigore. Istud autem per sapientes, illud per pios uiros effectum iri diximus. Proinde cùm iam singulare utriusq; exemplar, in hoc clarissimo uiro Reginaldo Polo uobis proposuerimus, aut omninò reuocandus est, aut uobis in sinistrã de uestra in rempublicam fide suspicionem ueniendũ est, quod eam maiultis perpetuò uidere desolatam, quam uniius uiri & uestri, & reip. amantissimi reditu in pristinas uires resurgere. Verùm ut eam suspitionem facilè diluent uestra in reip. utilitatem toties prudenter

& dicta & oportunè facta. Ita non dubito; quin à uestro candore reditũ momẽto impetrabit soli us hominis & dignitas, & uitæ tum innocentia, tum probitas. Id quod iam à nobis concedi ex repentina ista uestri uultus hilaritate, & coniector, & gaudeo.

Dixi.

FINIS.